



1. Ex-súrgit De-us, et dissí-pántur in-imí- ci e- ius ; \*



et fú- gi- unt, qui odé- runt e- um, a fá- ci- e e- ius.



Factus est... *Flexa* : virtú-tem †

2 Et iusti læténtur et exsúltent in conspéctu **Dei** \* et delecténtur in lætitia. *Ant.* Factus est.

3 Cantáte Deo, psalmum dícite **nómini eius** ; \* iter fácite ei, qui fertur super nubes : Dóminus nomen illi. *Ant.* Factus est.

4 Iubiláte in conspéctu eius ; pater orphanórum et iudex viduárum, \* Deus in habitáculo sancto suo. *Ant.* Factus est.

5 Deus, cum egrederéris in conspéctu **pópuli tui**, \* cum pertransíres in desérto. *Ant.* Factus est.

6 Terra mota est, étiam cæli **distillavérunt** \* a fácie Dei Sínai, a fácie Dei Israël. *Ant.* Factus est.

7 Benedíctus Dóminus **die quotidie** ; \* portábit nos Deus salutárium nostrórum. *Ant.* Factus est.

8 Deus noster, Deus **ad salvándum** ; \* et Dómini, Dómini éxitus mortis. *Ant.* Factus est.

9 Manda, Deus, **virtúti tuæ** ; \* confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis. *Ant.* Factus est.

10 Mirábilis, Deus, de sanctuário tuo! Deus Israël ipse tríbuet virtútem † et fortitúdinem plebi suæ. **Benedíctus Deus!** *Ant.* Factus est.